UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Testimonia de Valer. Flac.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1194

Visual Library

TESTIMONIA DE VALER. FLAC. FAB.

Quintil. Inſt. Orat. lib. X. c. 1.

Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus.

Guil Canterus.

Valerius Flaccus ad oſtendendam arboris proceritatem aliâ ratione uſus admirabile ingenium ſuum oſtendit.

Baptiſta Pius.

In Valerio Flacco multa amiſimus præproperâ morte ſublato Quintilianus verè dixit. Quod niſi fata mala & nigræ orci tenebræ præripuiſſent hunc tanquam vitem creſcentibus uvis, haberet Roma, quod ſuperbæ Græciæ & in laudes ſuas effuſiſſimæ poſſet objicere. Et ſic habet: Quemadmodum enim unio brevi corpuſculo ſed pretioſo, magnis præſtat arenoſiſque lapillis, non ſecus puſillum aurum Flacci magno Apollonii conſtat Orichalco.

Jacobus Nicol. Loenſis.

Magna in Valerio Poëticæ vis & facultas, adhæc electorum verborum pulcherrimus fluxus, quæ omnia cohibitiora & caſtigatiora feciſſet, niſi Parcæ nimis præproperè immatureque vitam abrupiſſent. Quia ex re liquet teſtimonium illud verum eſſe, quod Fab. Quintil. nobis de hoc Poëta reliquit: In eo juvene morte ſublato multum nos amiſimus.

Joan.

Joann Scoppa.

Valerius Flacius Eximius Poëta, quamvis nonnullis in locis mendoſus legatur.

Ludovic. Carrio.

Judicium de Valerio Doctorum tam honorificum eſt: ut non defuerint acerrimo judicio homines, qui hunc etiam Græcis illis Apollonio & Orpheo ingenii felicitate longè putârint præponendum.

Caſpar Barthius I. Adv.

Valerium Flaccium majoris pretii Poëtam, quàm quis præteriens cenſeat, eſſe vel ignoratio ejus apud vulgum nobis perſvadet. Eſt enim omnium veterum minimè tritus manibus hominum ſcholaſticorum, quod genus velut ab eo abhorret, qui duriuſculus cenſeatur, & minus gratiarum amans: ſed nos quidvis potiùs, quàm abſurdum cenſemus.

Julius Cæſar Scaliger. lib. VI. Poet.

Valerii Flacci ingenium felix, judicium magnum, diligentia non vulgaris, ſed immatura morte præventus acerbum nobis poema ſuum reliquit. Sed de hac & ſequente inibi cenſurâ vide Præfationem noſtram ad Lectorem. Porrò cùm minùs æquus Valerio noſtro videatur, paſſim tamen alibi mitior eſt.

Lib. V. cap. 6. Poet.

Orpheus aptius canit apud Flaccum Minyis & Phry-

Phryxum & Athamantem, quam apud Apollonium terræ cœliq́; creationem. Toto etiam opere, quanquam eſt ille noſtrâ inferior expectatione, ſplendidior eſt Apollonio. Chironis autem & Pelei adfectus infantiſque ingenium longè felicius deſcribit:

Jamq; aderat ſummo decurrens vertice Chiron, &c.

Porrò : *Flacci tempeſtatem mox cum Virgilianâ & aliis comparabimus : ad cujus tamen vel nitorem, vel efficaciam minimè aſpirat illa Argi apud Apollonium.* Porrò : *Jaſonis Oratio ad Æeten longè eſt luculentiſſima, atque artis plena.*

Caſpar Barthius XIV. Adv.

Ego ſanè Valerium Flaccum legens decorum acutumque Epos, hæc adfectatam grandiloquentiam, ſed gravitatem plenam animi agnoſco.

Idem XXXIII. Adv.

Valerius Flaccus melior certè Poëta eſt, quam plerique alii Latini, qui in auribus vulgi regnum tenent.

Idem XLIII. Adv.

Idem judicandum cenſeo & de aliis Poëtis, minus vulgò protritis: præcipuè de Valerio Flacco non paulò majoris momenti vate, quàm cenſuerunt etiam Literati noſtri judices, genus hominum alioquin ſagaciſſimum, & quos tamdiu ab inquiſitione in hunc autorem penetrantiore, abſtinuiſſe

iſſe valde mihi mirum. Quod ſi necdum aliquis utiorum hanc ſibi Provinciam ſumendam ar-trabitur, nos demum ei operi accingemur.

Idem LVI. Adv.

Valerio Flacco, ſpiritu, gravitate, numeris & ationis æqualitate nemo poſt Auguſti principa-m ſcriptor prior exſtat: Medius enim inter tu-orem & illam argutam jejunitatem ingreditur, obili animo, nobili ſermone: ut magnoperé mirer oſſe eſſe, qui non ſummis autoribus Latii eum dſcribant, qui unam ſolam modo ejus paginam egerint: Quod, ſi Lucano & Papinio componere antum ſcriptorem volueris, facilè videbis, quid llis ſuperſit, quid huic non deſit, ut conſtituatur ex tribus illis Princeps poſt Maronem Heroici operis & carminis in Poeſi Latinâ.

Seneca

Vita ſine literis mors eſt, & hominis vivi ſepultura.

DE